gressus est in Italia <sup>6)</sup>, semper discessit superior <sup>7)</sup>. Quod nisi <sup>8)</sup> domi civium suorum invidia debilitatus esset <sup>9)</sup>, Romanos videretur superare potuisse <sup>10)</sup>. Sed multorum obtractatio devicit unius virtutem <sup>11)</sup>. Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit <sup>12)</sup>, ut prius animam, quam id, deposuerit <sup>13)</sup>: qui quidem <sup>14)</sup>, quum patria pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

**II.** Nam ut omittam Philippum <sup>1)</sup>, quem absens hostem reddidit Romanis <sup>2)</sup>: omnium his temporibus potentissimus rex Antiochus fuit <sup>3)</sup>. Hunc tanta cupiditate incendit bellandi <sup>4)</sup>, ut usque a rubro mari <sup>5)</sup> arma conatus

sich vor Andern auszeichnen; den Vorzug vor Andern haben u. dgl.

<sup>6</sup> Congredi, sich schlagen. Cum eo scilicet populo Romano.

<sup>7</sup> Quotiescumque — semper, statt quoties — toties.

<sup>8</sup> Quod nisi, wenn er also nicht brücht, wie quod si, eine Schlußfolge aus dem Vorhergehenden aus, und steht für propter quod si (non).

<sup>9</sup> Invidia civium debilitari, durch den Neid seiner Mitglieder gelähmt werden.

<sup>10</sup> Videretur superare potuisse, so hätte er vielleicht, scheint es, die Römer unterjochen können. (Nepos redet nicht bestimmt, sondern stellt die Sache bloß als möglich vor; daher der Conjunctiv videretur.)

<sup>11</sup> Obtractatio, nis, das Entgegenarbeiten; die Eifersucht.

<sup>12</sup> Odium hereditate relictum vel hereditarium sic confirmavit, den vom Vater gleichsam ererbten Haß trieb er so weit, daß er —.

<sup>13</sup> Prius animam, quam odium deponere, lieber das Leben, als den Haß aufopfern o. aufgeben wollen.

<sup>14</sup> Qui quidem nunquam, statt et

ut ne quidem, quum pulsus esset, unquam destiterit, und daß er sonst gar nicht einmahl, während er aus seinem Vaterlande verbannt war, und selbst fremder Hilfe bedurfte, aufhörte (desistere), den Krieg im Herzen (animus, i) gegen die Römer zu tragen. Siehe Eutrop. Lib. III. Cap. VII. (III.) bis XXIII.; Lib. IV. Cap. I, III, IV. et V.

**II.** [Hannibal am Hofe des Königs Antiochus von Syrien. Ursprung seines Römerhaßes.]

<sup>1</sup> Ut omittam Philippum, Philippus nicht zu gedenken. Hier ist von König Philipp dem III. von Macedonien die Rede. Siehe Eutrop. Lib. III. Cap. XII. et XIII.

<sup>2</sup> Absens, tis, aus der Ferne. Siehe Eutrop. Lib. III. Cap. XII.

<sup>3</sup> Antiochus der III. mit dem Beynahmen der Große. Gr.: *Avτίοχος*. Siehe Eutrop. Lib. IV. Cap. III. et IV.

<sup>4</sup> Aliquem cupiditate bellandi incendere, Einen zur Kriegslust anfeuern.

<sup>5</sup> Usque a rubro mari, vom rothen Meere aus. [Dieses Meer

sit inferre Italiae. Ad quem quum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent <sup>6)</sup>, darentque operam <sup>7)</sup> consiliis clandestinis <sup>8)</sup>, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent <sup>9)</sup> tanquam ab ipsis corruptum alia, atque antea, sentire <sup>10)</sup>, neque id frustra fecissent; idque Hannibal comperisset, seque ab interioribus consiliis segregari vidisset <sup>11)</sup>: tempore dato adiit ad regem <sup>12)</sup>, eique quum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset <sup>13)</sup>, hoc adjunxit: *Pater inquit, meus Hamilcar, puerulo meo <sup>14)</sup>, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine <sup>15)</sup>, Jovi optimo maximo hostias immolavit <sup>16)</sup>. Quae divina res dum conficiebatur <sup>17)</sup>, quaesivit a me; *Vellemne secum in castra proficisci?* Id quum libenter accepissem, atque ab eo petere coepissem <sup>18)</sup>, ne dubitaret ducere <sup>19)</sup>, tum ille: *faciam, inquit, si fidem**

auch Erythraeum und Sinus Arabicus genannt, gibt Nepos als die entfernteste Gränze des Syrischen Reiches an.]

6 De voluntate alicujus explorare, jemand's Gesinnung ausforschen.

7 Operam dare, sich bemühen.

8 Consilia clandestina, heimliche Ränke.

9 Aliquem in suspicionem alicui adducere, Einen bey Jemand in Verdacht bringen; verdächtig machen.

10 Tanquam ab ipsis corruptum (esse et) alia sentire, als habe er sich von ihnen bestechen lassen, und sey nun ganz anders gesinnt, als vorher.

11 Se ab interioribus consiliis segregari videre, sich von den geheimen Berathschlagungen (Conferenzen) ausgeschlossen sehen.

12 Tempore dato, bey einem bequemen Anlasse; zu einer schicklichen Zeit. Regem adire, eine Audienz beym Könige nehmen.

13 Multa commemorare, um-

ständlich sprechen; viele Beweise anführen. De fide sua scil. in regem, von seiner Treue gegen ihn, und —

14 Abl. absol., statt dum puerulus essem, in meiner zarten Kindheit; da ich noch ein ganz kleiner Knabe war. Utpote, nämlich, dient zur Erklärung eines vorhergehenden Begriffes, wie hier von puerulo me.

15 Proficiscens für profecturus Carthagine, da er im Begriffe war, von Carthago in's Feld zu gehen.

16 Hostias immolare, ein Opfer bringen. Jovi optimo maximo, dem gütigen und großen Jupiter (ist eine gewöhnliche Römische Formel).

17 Divina res, eine gottesdienstliche Feyerlichkeit; hier: Opfer.

18 Atque hat hier eine verstärkende Bedeutung, und entspricht dem Deutschen: oder vielmehr; ja sogar.

19 Ne dubitaret ducere, er möchte sich nicht bedenken, mich mitzunehmen; möchte mich ohne weiteres Bedenken mitnehmen.

*mihî, quam postulo, dederis* <sup>20)</sup>. Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat <sup>21)</sup>, eamque, ceteris remotis <sup>22)</sup>, tenentem jurare jussit: *Nunquam me in amicitia cum Romanis fore* <sup>23)</sup>. Id ego jusjurandum patri datum, usque ad hanc aetatem ita conservavi <sup>24)</sup>, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus <sup>25)</sup>. Quare, si quid amice de Romanis cogitabis <sup>26)</sup>, non imprudenter feceris, si me celaris <sup>27)</sup>. Quum quidem bellum parabis <sup>28)</sup>, te ipsum frustraberis <sup>29)</sup>, si non me in eo principem posueris <sup>30)</sup>.

III. Hac igitur, qua diximus, aetate cum patre in Hispaniam profectus est: ejus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto <sup>1)</sup>, equitatu omni praefuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii ad eum detulit <sup>2)</sup>. Id Carthaginem delatum <sup>3)</sup>, publice comprobatum

20 Fidem dare, sein Wort geben; einen Schwur thun.

21 Bey dem er das Opfer (sacrificare) ange stellt hatte (instituere).

22 Abl. absol., statt ceteros removit, et jussit (me) eam (scil. aram) tenere ac jurare, er hieß die andern Leute bey Seite gehen, und mich den Altar an fassen und schwören.

23 Fore vel futurum esse, daß ich mit den Römern nie in Freundschaft leben wollte.

24 Jusjurandum conservare, den Eid halten (auch religionem servare). Ita, so fest; so getreulich.

25 Eadem mente esse, der nämlichen Gesinnung seyn.

26 Si quid amice de Romanis cogitabis, wenn du freundschaftliche Absichten gegen die Römer hast.

27 Celaris, i. e.: celaveris, wenn du sie vor mir geheim hältst; zu verbergen suchest.

28 Quum quidem, wenn aber.

29 Aliquem frustrari vel frustrare, Einen in der Erwartung täuschen; betrügen.

Corne l. Nepos.

30 Aliquem in bello principem ponere, Einen im Kriege an die Spitze stellen.

III. [Hannibal wird, nach dem Tode seines Vaters Hamilcar und seines Schwagers Hasdrubal, noch nicht volle 25 Jahre alt, zum Oberbefehlshaber des Carthaginensischen Heeres in Spanien erwählt, macht Eroberungen in Spanien und tritt nach der Einnahme der mit Rom verbündeten Stadt Sagunt seinen berühmten Feldzug über die Pyrenäen durch Gallien und weiter über die Alpen nach Italien gegen Rom an.]

1 Aliquem sufficere, Einen an die Stelle setzen.

2 Summam imperii ad aliquem deferre, Einem die oberste Befehlshaberstelle übertragen.

3 Delatum est et comprobatum, dieses wurde nach Carthago berichtet (deferre) und bestätigt. Publice, öffentlich, d. i. von Seiten des Staates; durch einen Schluß der Regierung.

est. Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus <sup>4)</sup> imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit. Saguntum, foederatam civitatem <sup>5)</sup>, vi expugnavit <sup>6)</sup>. Tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenaeum transiit <sup>7)</sup>. Quaecunque iter fecit <sup>8)</sup>, cum omnibus incolis conflixit: neminem, nisi victum, dimisit <sup>9)</sup>. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, praeter Herculem Grajum <sup>10)</sup>, transierat (quo facto <sup>11)</sup> is hodie saltus Grajus appellatur) Alpico conantes prohibere transitu concidit <sup>12)</sup>, loca patefecit <sup>13)</sup>, itinera muniit <sup>14)</sup>, effecitque, ut ea <sup>15)</sup> elephantus ornatus ire posset <sup>16)</sup>, qua antea unus homo inermis vix poterat reperere. Hac copias traduxit <sup>17)</sup> in Italiamque pervenit.

4 Minor — natus, noch nicht völlig fünf und zwanzig Jahre alt. (Minor, statt des Adverbii minus.)

5 Saguntum und Saguntum, eine Stadt an der Ostküste von Spanien in der heutigen Landschaft Valencia. Gr.: Σάγουντος. Foederatam scil. Romanis, eine (mit den Römern) verbündete Stadt; eine Bundesstadt.

6 Vi expugnare, mit Sturm erobern.

7 Saltus Pyrenaeus, die Pyrenäische Gebirgskette (zwischen Spanien und Frankreich). Gr.: Πυρραϊος.

8 Quaecunque iter fecit, allenthalben, wo er durchzog.

9 Neminem nisi victum dimisit, und ließ keinen Feind hinter sich, den er nicht besiegte hätte.

10 Praeter Herculem Gr., außer dem Griechischen Herkules. Griech.: Ηρακλῆς.

11 Quo facto ist hier nicht temporale, sondern causale, und steht statt propter quod factum, weßwegen.

12 Alpici (orum), die Alpenbewohner. Conantes, statt qui conabantur (eum) prohibere transitu, die ihm den Uebergang verwehren wollten. Concidere, zusammenhauen (von caedere).

13 Loca patefacere, sich Pässe öffnen.

14 Itinera munire, Straßen besetzen.

15 Ut ea qua (scil. parte vel via), daß an Stellen, wo —

16 Elephantaus ornatus, ein Elefant in seiner vollen Rüstung (d. i.: mit Belagerungsmaschinen und Gepäcke beladen). Gr.: Ελεφας, αιντος.

17 Hac scil. via, wie Note 14. Auf dieser Straße.

IV. Confluxerat apud Rhodanum <sup>1)</sup> cum P. Cornelio Scipione Consule, eumque pepulerat. Cum hoc eodem de Clastidio apud Padum decernit <sup>2)</sup>: saucium inde ac fugatum dimittit <sup>3)</sup>. Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam <sup>4)</sup> adversus eum venit. Cum his manum conseruit: utrosque profligavit. Inde per Ligures Apenninum transit <sup>5)</sup>, petens Etruriam <sup>6)</sup>. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum <sup>7)</sup>, ut postea nunquam dextero aequae bene usus sit <sup>8)</sup>. Qua valetudine quum etiam nunc premeretur <sup>9)</sup>, lecticaque ferretur <sup>10)</sup>, C. Flaminius Consulem apud Trasimenum <sup>11)</sup> cum exercitu insidiis circumventum occidit <sup>12)</sup>; neque

IV. [Hannibal eröffnet den zweiten Punischen Krieg durch glänzende Siege über die Römer bey seinem Uebergange über den Rhone, den Po und die Trebia in Ober-Italien; dann nach Uebersteigung der Apenninen, wo ihn eine Augenentzündung befiel, am See Trasimenus, und auf dem Marsch durch den Gebirgswald in Strurien; endlich bey Cannä in Apulien.]

1 Apud Rhodanum, an dem Rhone-Ströme [welcher aus der Schweiz durch den Genfer-See nach Frankreich fließt, in seinem Laufe über 22 andere Flüsse aufnimmt, und sich in's Mittelländische Meer ergießt.] Gr.: Ροδαϊος.

2 Decernere, entscheiden; streiten. Apud Padum, am Po-Flusse [in Ober-Italien]; Gr.: Πάδος — De Clastidio, um Clastidium [eine Stadt in Ligurien, an der Gallischen Gränze, wo sich die Römischen Magazine befanden. Jetzt heißt dieser Ort Chiasleggio]. Gr.: Κλαστιδιον.

3 Fugatum dimittit, so viel als fugavit, er trieb ihn verwundet (sancius, a, um) in die Flucht.

4 Apud Trebiam, an der Trebia [einem Apenninen-Flusse, der bey Piacenza (Placentia) in den Po fällt.] Collega, ae, Amtsgenosse.

5 Per Ligures (von Liguria, gr. Αλυς), durch das Land der Ligurer [im heutigen Genua, Lucca und einem Theile von Piemont, zwischen den Flüssen Var, Magra und Po.] Apenninum scil. saltum transit, er zog über die Apenninen [das bekannte Gebirge, das ganz Italien von Nordwesten bis zur äußersten südlichen Spitze durchzieht].

6 Petens, statt et petit Etruriam, und rückte in Etrurien ein [das heutige Toscana, im Alterthume auch Tyrrhënia und Tuscia genannt].

7 Morbo oculorum afficitur, es befiel ihn eine Augenkrankheit.

8 Nunquam aequae bene usus sit, daß er das rechte Auge in der Folge nie wieder ganz gut gebrauchen konnte.

9 Valetudine premi, an einer Krankheit leiden. Etiamunc, so viel als adhuc, noch immer.

10 Lectica ferri, sich in einer Sänfte tragen lassen. Lectica, von lectus (i, auch us), Ruhebett.

11 Apud Trasimenum scil. lacum, am See Trasimenus; am Trasimenischen See [heißt Lago di Perugia im Kirchenstaate].

12 Circumventum, statt circumvenit et occidit. Aliquem insidiis

multo post C. Centenium praetorem, cum delecta manu saltus occupantem <sup>13</sup>). Hinc in Apuliam pervenit <sup>14</sup>). Ibi obviam ei venerunt duo Consules, C. Terentius et L. Paullus Aemilius. Utriusque exercitus uno proelio fugavit <sup>15</sup>): Paullum Consulem occidit, et aliquot praeterea Consulares, in his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat Consul.

V. Hac pugna pugnata <sup>1</sup>) Romam profectus est <sup>2</sup>), nullo resistente <sup>3</sup>). In propinquis urbis montibus moratus est. Quum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam, Q. Fabius Maximus, dictator Romanus, in agro Falerno<sup>4</sup>) se ei objecit <sup>5</sup>). Hic clausus locorum angustiis<sup>6</sup>),

circumvenire, Einen in einen Hinterhalt locken; durch einen Hinterhalt einschließen.

13 Occupantem, statt qui occupabat, der mit ansehnlicher Mannschaft (mit Kerntuppen) ein Waldgebirge besetzen wollte.

14 In Apuliam, nach Apulien [im heutigen Königreiche Neapel, an der östlichen Seefüste. Die Römer rechneten zu Apulien die zwey Landschaften Daunia et Peucetia].

15 Uno proelio scil. apud vicum, qui Cannae appellatur, ein Flecken in Apulia Daunia am Flusse Aufidus (jetzt *Ofanto*.) Eutrop. Lib. III. Cap. X. (V.).

V. [Hannibal vor Roms Thoren. Er rettete sich durch eine Kriegslift aus einem, von dem römischen Dictator Q. Fabius Maximus Sunctator umstellten Gebirgspasse, und bringt den Römern noch mehrere Niederlagen in Unter-Italien bey.]

1 Pugnā pugnare, ein emphatischer Ausdruck nach Griechischer Art (*μαχημα* *μαχεσθαι*, den Kampf kämpfen) für das einfache pugnare.

6 Clausus scil. Hannibal fuit et — se expedit, hier wurde

Vitam vivere; somnium somnare; lusum ludere; servitūtem servire; prandium prandere u. s. w. Es ist aber zu merken, daß diese Substantiva cognata nicht allein, sondern mit einem Adjectivo relativo bey ihren Verbis stehen; z. B. jucundissimam vitam vivere.)

2 Romam proficisci, gegen Rom rücken. (Der Schreckensruf der Römer: Hannibal ante portam! blieb seitdem ein Sprichwort.)

3 Nullo resistente, ohne den geringsten Widerstand.

4 Ager Falernus, auch Massicus, eine gebirgige Gegend in Campanien bey der alten Hauptstadt Capua, berühmt wegen des daselbst wachsenden Falerner und Massischer Weines, der jetzt *Muscatoello* heißt. (Vinum Falernum et pocula Massica kommen in den Oden des Horaz öfter vor.)

5 Se alicui objicere, sich Einem entgegenstellen. [Dieses geschah nicht post, sondern ante pugnam Cannensem Eutrop. Lib. III. Cap. IX.]

6 Clausus scil. Hannibal fuit et — se expedit, hier wurde

noctu sine ullo detrimento exercitus se expedit. Fabio, callidissimo imperatori, verba dedit <sup>7</sup>). Namque obducta nocte <sup>8</sup>) sarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit <sup>9</sup>), ejusque generis multitudinem magnam dispartatam immisit <sup>10</sup>). Quo repentino objectu viso tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum <sup>11</sup>), ut egrēdi extra vallum nemo sit ausus <sup>12</sup>). Hanc post rem gestam non ita multis diebus M. Minucium Rufum, magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio <sup>13</sup>), dolo productum in proelium <sup>14</sup>), fugavit. T. Sempronium Gracchum, iterum Consulem, in Lucanis absens <sup>15</sup>), in insidias inductum sustulit <sup>16</sup>). M. Claudium Marcellam, quinquies Consulem, apud Venusiam pari modo interfecit <sup>17</sup>). Lon-

er in den Engpässen eingeschlossen; allein er zog sich des Nachts ohne den geringsten Schaden (detrimentum von de-terere) seines Heeres aus der Schlinge.

7 Alicui verba dare, so viel als fallere, Einen täuschen; hintergehen; (von leeren Versprechungen, denen die That nicht folgt, hergenommen).

8 Obducta nocte, in dunkler (in stockfinsterner) Nacht.

9 Deligata, statt quae deligari jusserat. Sarmenta deligare, Heiser anbinden lassen. In cornibus juvencorum, jungen Stieren an die Hörner. (Juvenus, a, um, von juvenis, jung; juvenus scil. bos, ein junger Stier.) Incendere di, sum, anzünden.

10 Und ließ eine große Menge dieser Thiere (gegen das feindliche Lager) laufen (immittēre): Dispartatam, zerstreut; d. i.: von allen Seiten (particip. perfecti vom deponens dispartari (atus, sum), sich zerstreuen).

11 Durch den plötzlichen Anblick dieses Gegenstandes (objectus, us); durch diese plötzliche Erscheinung jagte er dem Römischen Heere einen sol-

chen Schrecken ein (terrōrem injicere).

12 Extra vallum scil. castrorum, vor den Wall des Lagers hinaus.

13 Pari imperio, statt qui pari imperio ac Dictator erat, der (aber damals) gleiche Gewalt mit dem Dictator hatte, [weil Fabius Maximus durch sein Zaudern verdächtigt worden war, wozu auch Hannibal durch die List beystrug, daß er die Landgüter des Fabius Maximus verschonen ließ, während die ganze übrige Gegend hart mitgenommen wurde].

14 Aliquem dolo producere in proelium, Einen durch List zu einem Treffen verleiten.

15 In Lucanis absens, während er abwesend und in Lucanien war. [Lucani, die Einwohner Lucaniens, südlich von Campanien und Apulien, im ehemahligen Lande der Deiotrer, jetzt *Basilicata*.]

16 Inductum, statt indoxit et sustulit, er lockte ihn in einen Hinterhalt und tödtete ihn (tollere).

17 Apud Venusiam, bey Venusia [auch Venusium genannt, eine Stadt am Berge Vultur, an der Gränze von Lucanien, als Geburts-



gum est enumerare proelia <sup>18</sup>). Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit, quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit <sup>19</sup>), nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit <sup>20</sup>).

**VI.** Hic invictus patriam defensum revocatus <sup>1</sup>), bellum gessit adversus P. Scipionem, filium ejus, quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, exhaustis jam patriae facultatibus <sup>2</sup>), cupivit impraesentiarum <sup>3</sup>) bellum componere, quo valentior postea congreretur. In colloquium convenit; conditiones non convenerunt <sup>4</sup>). Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem confligit. Pulsus, incredibile dictu, biduo et duabus noctibus Adrumetum pervenit <sup>5</sup>), quod abest a Zama circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidae <sup>6</sup>), qui simul cum

ort des Römischen Dichters Horaz berühmt, der davon poeta Venusinus heißt].

18 Longum est, es wäre zu weitläufig; es hält lange auf.

19 Alicui in acie resistere, gegen Einen auf dem Schlachtfelde Stand halten.

20 In campo castra ponere, sich im flachen Lande lagern.

**VI.** [Hannibal's Rückkehr nach Africa, um Carthago gegen den Angriff des jungen Scipio zu verteidigen, welcher mit einem Römischen Heere aus Sicilien dahin überschiffet war. Vergeblicher Versuch der Friedensvermittlung. Schlacht bey Zama. Hannibal's Niederlage und Rückzug nach Adrumetum.]

1 Hic invictus revocatus est, (defensum, statt ut defenderet) et bellum gessit, dieser unüberwindliche Held wurde (endlich) zur Verteidigung seines Vaterlandes (nach Africa) zurückgerufen, und kämpfte (nun) gegen den Publius

Scipio, dessen Vater er dreymahl besiegt hatte. S. Cap. IV.

2 Exhaustis jam patriae facultatibus, weil die Streitkräfte seines Vaterlandes schon erschöpft waren.

3 Impresentiarum (wahrscheinlich eine Zusammenziehung von in praesentia rerum), bey der gegenwärtigen Lage der Dinge; vor der Hand.

4 Non convenerunt scil. inter eos, sie kamen nicht über die Bedingungen überein; wurden nicht einig darüber.

5 Pulsus autem est et pervenit, quod incredibile dictu, quia abest oct., er wurde aber geschlagen, und kam in zwey Tagen und zwey Nächten (oder binnen zweymahl 24 Stunden) bis Adrumetum, was fast unglücklich scheint, weil es von Zama 300,000 Schritt entfernt ist. [Den Schritt zu 5 Fuß, und die Meile zu 24,000 Fuß gerechnet, betrug diese Entfernung bey 60 Meilen.]

6 Numida, ae. der Numide, Einwohner von Numidien (jetzt Algier),

eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei, quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit <sup>7</sup>). Novis delectibus paucis diebus multos contraxit <sup>8</sup>).

**VII.** Quum in apparando acerrime esset occupatus <sup>1</sup>), Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo secius exercitui postea praefuit, resque in Africa gessit, itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium et C. Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt <sup>2</sup>), qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his <sup>3</sup>) pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent <sup>4</sup>), simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis essent <sup>5</sup>), captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano <sup>6</sup>), etiam nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginienses cognito Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Huc ut rediit, praetor factus est, postquam rex fuerat anno secundo et vicesimo <sup>7</sup>). Ut enim Romae Consules, sic Carthagine

und bis auf heutigen Tag Romadenland, von *voués, ádos*, weidend.

7 Adrumetum auch Hadrumetum, eine feste Stadt im Gebiete von Carthago, jetzt Hammamet in Tunis. Gr.: *Adroumētōs*.

8 Novis delectibus, durch neue Aushebungen oder Anwerbungen (delectus, us, von *deligere*).

**VII.** [Die Carthager schließen Frieden mit den Römern. Diese verlangen Hannibal's Entfernung vom Armeecommando, und dann auch von der Verwaltung der Friedensgeschäfte. Um nicht den Römern ausgeliefert zu werden, flüchtet er sich mit seinem Bruder Mago (Gnis) zur See nach Asien zum Könige Antiochus von Syrien.]

1 In apparando scil. bello acerrime occupatus, mit der Zurücksetzung auf das Thätigste beschäftigt.

2 His magistratibus, so viel als his consilibus.

3 Cum his scil. Carthaginiensibus.

4 Corona aurea. [Die Goldkrone schenken sie den Römern als Zeichen ihrer Verehrung und zur Anerkennung der Römischen Tapferkeit.]

5 Daß ihre Geißel zu Fregellā bleiben dürften. [*Fregellā* war eine Stadt in Mittelitalien.]

6 Inimicissimum nomini (vel populo) Romano, diesen geschworrenen Feind Roms.

7 [Aus dem Folgenden erhellet, was in Carthago ein Praetor und

quotannis annui hini reges creabantur <sup>8</sup>). In eo magistratu <sup>9</sup>) pari diligentia se Hannibal praebuit <sup>10</sup>), ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non solum ut esset pecunia <sup>11</sup>), quae Romanis ex foedere penderetur <sup>12</sup>), sed etiam superesset, quae in aerario reponeretur <sup>13</sup>). Deinde, anno post praeturam, Marco Claudio, Lucio Furio Consulibus, Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus <sup>14</sup>), priusquam his senatus daretur <sup>15</sup>), navem conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta <sup>16</sup>), Poeni naves duas, quae eum comprehenderent, si possent consequi <sup>17</sup>), miserunt; bona eius publicarunt; domum a fundamentis disjecerunt; ipsum exsulem judicarunt <sup>18</sup>).

**VIII.** At Hannibal anno tertio, postquam domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minutio Coss. <sup>1</sup>), cum quinque navibus Africam accessit in finibus Cyrenaeorum <sup>2</sup>), si forte Carthaginenses ad bellum, Antiochi

Rex war. Ersterer hatte bloße Civilgeschäfte, nämlich Polizey, Justiz und Finanzen zu besorgen; letzterer hatte das Commando im Kriege.]

8 Diese Carthaginensischen Reges hießen Suffeten.

9 Nämlich als Praetor.

10 Pari diligentia se praebere ac —, sich eben so sorgfältig und thätig bezeigen, als.

11 Namque effecit, ut ex novis vectigalibus esset pecunia, denn er traf solche Anstalten, daß der Staat von den neuen Staatseinkünften Geld genug bekam, um —.

12 Ex foedere, kraft des Friedensvertrages. Pendere, bezahlen.

13 Pecuniam in aerario reponere, Geld in den Staatschatz hinsetzen.

14 Ratus, statt ratus est et navem conscendit. Sui exposcendi gratia, um seine Auslieferung zu verlangen (aliquem exposcere).

15 Ehe ihnen noch der Zutritt

in den Senat bewilliget wurde (sonatum, so viel als aditum ad senatum dare).

16 Sobald dieses kund wurde (palam fieri).

17 Welche ihn, wo möglich, einholten (consequi) und gefangen nehmen sollten (comprehendere).

18 Aliquem exsulem judicare, ein Verbannungsurtheil wider Einen ergehen lassen; Einen des Landes verwiesen erklären.

**VIII.** [Hannibal schiffte nach Africa zurück, und versucht vergeblich die Carthaginenser zu einem Kriegsbündnisse mit dem Könige Antiochus gegen die Römer zu verleiten. Bey seiner Rückkehr gibt ihm Antiochus eine kleine Kriegsflotte zu commandiren.]

1 Coss. (i. e. Consulibus), unter den Consuln L. Cornelius (Messula) und Q. Minutius (Thermus), d. i. im Consulatsjahre derselben, 561 ab U. C.

2 Africam access. in fin. Cy-

spe fiduciaque, inducere posset <sup>3</sup>): cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc Magonem fratrem excivit <sup>4</sup>). Id ubi Poeni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, poena affecerunt <sup>5</sup>). Illi desperatis rebus <sup>6</sup>) quum solvissent naves, ac vela ventis dedissent <sup>7</sup>), Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est <sup>8</sup>). Namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt <sup>9</sup>). Antiochus autem si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus <sup>10</sup>), quam in suscipiendo instituerat <sup>11</sup>), propius Tiberi quam Thermopylis de summa imperii dimicasset <sup>12</sup>). Quem etsi multa stulte conari videbat, tamen nulla deseruit in re. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque adversus Rhodiorum classem in Pamphyllo mari conflixit <sup>13</sup>). Quo quum multitudine

renaeorum, er landete an der Küste von Africa im Gränzgebiete der Cyrenäer [im heutigen Barfa, zwischen Aegypten und Tripolis, damals von Griechischen Colonisten bevölkert, und unter dem Nahmen Pentapolis oder Cyrenaica bekannt]. Gr.: Κυρηνη.

3 Si forte — inducere posset, ob er etwa die Carthaginenser zum Kriege verleiten könnte. Spe fiduciaque, in der Hoffnung und im verzweifelten Vertrauen auf die Hilfe des Antiochus.

4 Excivere vel excire (ivi, itum) aliquem, Einen herauskommen lassen; zu sich berufen (sonst accessere).

5 Aliquem eadem poena afficere, qua —, Einen mit der nämlichen Strafe belegen, wie.

6 Abl. abs., statt desperarunt res et, sie hatten nun weiter keine Hoffnung vor sich, und —.

7 Naves solvere, die Anker lichten; absegeln. Vela ventis dare, die Segel (das Schiff) den Winden überlassen.

8 Memoria prodita est (gewöhnlicher memoriae proditum est),

vom Tode des Mago gibt es zweyerley Uebersetzungen (Nachrichten).

9 Nam alii scriptum reliquerunt, naufragio (eum perisse), alii a servis etc.

10 In bello agendo parere consiliis, in der wirklichen Führung des Krieges den Rathschlägen folgen. (Bellum agere, bezieht sich auf die Art den Krieg zu führen; bellum gerere, auf das Kriegführen überhaupt).

11 Quam in suscipiendo instituerat, wie er es bey dessen Unternehmung gethan hatte.

12 Propius Tiberi, quam etc., näher bey der Tiber als bey den Thermopylen [d. i.: in Italien auf dem Römischen Gebiete, und nicht in Griechenland bey den Thermopylen]. Thermopylae, arum. Gr. Θερμοπύλαι von θερός, η, ορ, warm, und πύλη, Thor. S. Them. III.

13 Rhodii (orum), die Einwohner der Insel Rhodus. Griechisch: Ρόδος. Mare Pamphiliun, das Pamphilische Meer. [Dieses war der Pamphilien bespülende Theil des

adversariorum sui superarentur, ipse, quo cornu rem gessit <sup>12</sup>), fuit superior.

**IX.** Antiocho fugato <sup>1</sup>), verens ne dederetur <sup>2</sup>), quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem <sup>3</sup>), Cretam ad Gortynios venit <sup>4</sup>), ut ibi, quo se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore periculo, nisi quid providisset <sup>5</sup>), propter avaritiam Cretensium <sup>6</sup>). Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat, exisse famam. Itaque capit tale consilium. Amphoras complures complet plumbo <sup>7</sup>): summas operit auro et argento <sup>8</sup>). Has, praesentibus principibus <sup>9</sup>), deponit in templo Dianae, simulans <sup>10</sup>), se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis <sup>11</sup>), statuas aeneas <sup>12</sup>), quas secum portabat,

Mittelländischen Meeres.) Griechisch: Παιφύλιος.

<sup>14</sup> Rem gerere, die Sache führen; commandiren. (Varro erklärt diese Lebensart folgender Maßen: Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est, sustinet. Translatum ab his, qui onera gerunt, quod sustinent. De Lingua Lat. V. 8.)

**IX.** [Nach der Besiegung des Antiochus durch die Römer flüchtet sich Hannibal nach Creta, und sichert seine Schätze durch eine List vor Plünderung.]

<sup>1</sup> Ant. fug., nach der Niederlage des Antiochus.

<sup>2</sup> Verens, statt verebatur Hannibal, ne dederetur, befürchtete er, ausgeliefert zu werden, und kam — [Crete, die heutige Insel Candia im Archipelagus.] Gr.: Κορήνη.

<sup>3</sup> Sui potestatem facere, sich preisgeben; Gelegenheit zu seiner Gefangennehmung geben.

<sup>4</sup> Gortynii, die Einwohner von Gortyna [einer der bedeutendsten Städte auf der Insel Crete].

<sup>5</sup> Nisi quid providisset, wenn er nicht auf seiner Huth, nicht vorsichtig wäre.

<sup>6</sup> [Die Cretenser waren wegen ihrer Seeräuberey verrufen, und gehörten mit zu den drey Völkern, die man sprichwörtlich die drey bösen K (τοτα κάππα κίσις) nannte, nämlich: die Cretenser (Κοήτες), die Cappadocier (Καππαδόκες) und die Cilicier (Κιλικες).]

<sup>7</sup> Amphoras plumbo complere, Krüge mit Blei füllen lassen. [Amphora, ae, war ein Gefäß mit zwey Henkeln, welches unten weit war, und oben in einen engen Hals zulief.] Gr.: ἀμφορέϊς.

<sup>8</sup> Summas scil. amphoras seu amphorarum partes operit, er bedeckte sie oben am Rande mit —.

<sup>9</sup> Praesentibus principibus, in Gegenwart der ersten Personen des Ortes. Deponere, hinterlegen; in Verwahrung geben. Diana, Griech.: Ἀρτέμις.

<sup>10</sup> Simulans, unter dem Schein; indem er sich stellte, als.

<sup>11</sup> Aliquem in errorem inducere, Sinen irre führen; Sinen den Wahn beybringen.

<sup>12</sup> Statua aenea, eine Bildsäule von Erz (aes, ris).

omnes sua pecunia complet, easque in propatulo domi alijcit <sup>13</sup>). Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus his <sup>14</sup>), tolleret secumque duceret.

**X.** Sic conservatis suis rebus Poenus <sup>1</sup>), illis Cretensibus omnibus <sup>2</sup>), ad Prusiam in Pontum pervenit <sup>3</sup>). Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque aliud quidquam egit, quam regem armavit et exercuit adversus Romanos <sup>4</sup>). Quem quum videret domesticis rebus minus esse robustum <sup>5</sup>), conciliabat ceteros reges <sup>6</sup>), adjungebatque bellicosas nationes <sup>7</sup>). Dissidebat ab eo Pergamenus rex Eumenes <sup>8</sup>), Romanis amicissimus, bellumque inter eos gerebatur et mari et terra: quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique <sup>9</sup>) Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem <sup>10</sup>). Classe paucis diebus erant decreturi <sup>11</sup>). Superabatur

<sup>13</sup> Propatulum, i, das Vorhaus; der Hofraum.

<sup>14</sup> Inscentibus his, ohne ihr Vorwissen.

**X.** [Hannibal flüchtet sich nach Klein-Asien zum Könige Prusias von Bithynien, und sucht eine neue Coalition gegen die Römer zu bewirken; aber der König Eumenes von Pergamus hält es mit den Römern und wird daher befreit. Hannibal bereitet die Seesoldaten zu einer Kriegszug vor.]

<sup>1</sup> Abl. abs., statt sic conservavit res suas Poenus (scil. Hannibal), illis Cretensibus omnibus et ad Prusiam pervenit.

<sup>2</sup> Illudere (si, sum) aliquem, auch alicui und in aliquem, Sinen täuschen; zum Besten haben.

<sup>3</sup> Prusias war König von Bithynien. (Siehe Eutrop. Lib. IV. Cap. V.) In Pontum bezieht sich also auf den Pontus Eurinus, und nicht auf die Provinz Pontus. Gr.: πόντος.

<sup>4</sup> Armavit et exercuit, wofür es mehrere Varianten gibt, als armavit exercitu; armavit et concitavit; armavit et exacuit.

<sup>5</sup> Quem — minus esse robustum, da er sah, daß Prusias für sich selbst durch seine eigene Macht nicht stark genug war.

<sup>6</sup> Conciliare, zu Freunden machen.

<sup>7</sup> Adjungere, mit in seine Verbindung ziehen.

<sup>8</sup> Dissidere ab aliquo, mit jemand uneins seyn. Pergamenus, a, um, von Pergamus (in Kleinasien).

<sup>9</sup> Utröbique, auf beyden Seiten (nämlich et mari et terra).

<sup>10</sup> Rationem inire, ein Mittel wählen; einen Weg einschlagen.

<sup>11</sup> Erant decreturi, sie standen im Begriffe, in wenigen Tagen sich zur See zu schlagen. (Decernere, in dieser Bedeutung, kommt selten im participio futuri activi vor.)

navium multitudine <sup>12</sup>). Dolo erat pugnandum, quum par non esset armis <sup>13</sup>). Imperavit quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici <sup>14</sup>). Harum quum confecisset magnam multitudinem <sup>15</sup>), die ipso, quo facturus erat navale proelium, classarios convocat, hisque praecipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem <sup>16</sup>), a ceteris tantum satis habeant se defendere: id facile illos serpentium multitudine consecuturos. Rex autem in qua nave veheretur, ut scirent, se facturum <sup>17</sup>): quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur praemio fore.

**XI.** Tali cohortatione militum facta <sup>1</sup>), classis ab utrisque in proelium deducitur. Quarum acie constituta <sup>2</sup>), priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco Eumenis esset <sup>3</sup>) tabellarium in scapha cum caduceo mittit <sup>4</sup>): qui ubi ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens <sup>5</sup>), se regem professus est quaerere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat, aliquid de pace esse scri-

12 Superabatur, man war ihm überlegen.

13 Cum par non esset armis, da er ihm an Streitkraft nicht gewachsen war.

14 In vasa fictilia conjicere, in irdene Gefäße werfen. Easque scil. venenatus serpentes, giftige Schlangen.

15 Confecisset (so viel als collegisset), da er zusammengebracht hatte.

16 In unam navem concurrere, insgesammt auf ein Schiff allein losschicken; ein Schiff angreifen.

17 Se facturum scil. esse, er wolle dafür schon sorgen.

XI. [In Folge dieser Kriegeslist wird die Flotte des Eumenis in die Schlacht geschlagen.]

1 Nach dieser Rede an die Sol-

daten (cohortationem militum facere).

2 Als sie nun in Schlachordnung gestellt waren (aciem constituere vel instruere.)

3 Quo loco, so viel als ubi, wo.

4 Tabellarium mittere, einen Briefboten (Courier) abschicken. Scapha, ae, ein Boot; kleines Fahrzeug, Griech.: σκάφη. Caduceus, i, der Friedensstab [der, gewöhnlich mit Blättern umwunden, auf dem Vordertheile des Parlemen-tar-Schiffes aufgesteckt wurde, zum Zeichen, daß man ohne feindliche Absicht komme. Gr.: ἡρόδιον. Jetzt gebraucht man gewöhnlich weiße Fahnen zu diesem Ende.]

5 Ostendens, statt epistolam ostendit et professus est, er zeigte sein Schreiben (seine Depeschen) vor, und gab vor (proferri, fessus sum), daß er—

ptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat, se recepit <sup>6</sup>). At Eumenis, soluta epistola <sup>7</sup>), nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret <sup>8</sup>). Cujus etsi causam mirabatur, neque reperiebatur <sup>9</sup>), tamen proelium statim committere non dubitavit <sup>10</sup>). Horum in concursu Bithyni, Hannibalis praeepto, universi navem Eumenis adoriuntur. Quorum vim quum rex sustinere non posset, fuga salutem petiit: quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se recepisset <sup>11</sup>), quae in proximo littore erant collocata. Reliquae Pergamenae naves quum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepta sunt; quae jacta initio risum pugnantibus excitarunt <sup>12</sup>), neque quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti <sup>13</sup>), quum, quid potissimum vitarent, non viderent <sup>14</sup>), puppes averterunt <sup>15</sup>), seque ad sua castra nautica retulerunt <sup>16</sup>). Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque tum solum, sed saepe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios <sup>17</sup>).

**XII.** Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut

6 Der Bothe segelte, nachdem er (solcher Gestalt) den Seinigen das Admiral-Schiff angezeigt oder kenntlich gemacht hatte, wieder an den Ort zurück, woher er gekommen.

7 Epistolam solvere, den Brief aufmachen.

8 Quod ad irridendum eum vel ipsum pertinere, nichts als Spottreden auf ihn; nichts anders, als daß man ihn zum Besien habe.

9 Neque reperiebatur scil. causa, und man doch keine fand.

10 Non dubitare, kein Bedenken tragen.

11 Intra sua praesidia, quae etc., zu den Posten, welche auf dem nahen Ufer aufgestellt waren.

12 Quae jacta, dieses Werfen

(jacere, jeci, jectum). Risum excitare, Lachen erregen.

13 Nova re, über diese neue Erscheinung.

14 Non viderent, so viel als scirent.

15 Puppae statt naves avertere, mit den Schiffen umlenken; absegleu. (Puppis, is, der Hintertheil des Schiffes.)

16 Castra nautica, das Seelager. Siehe VII. Alcib. VIII. 24. Se referre, so viel als se recipere, sich zurückziehen.

17 Pedestribus copiis, mit den Landtruppen, im Gegensatz von der Flotte.

XII. [Die Römer verlangen von dem Könige Prusias die Auslieferung des Hannibal. Dessen Tod.]

legati Prusiae Romae apud L. Quintium Flaminium consularem coenarent, atque ibi, de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Prusiae regno esse. Id postero die Flaminium senatui detulit <sup>1)</sup>. Patres conscripti <sup>2)</sup>, qui, Hannibale vivo <sup>3)</sup>, nunquam se sine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui a rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet <sup>4)</sup>, sibi que dederet. His Prusias negare ausus non est <sup>5)</sup>. Illud recusavit <sup>6)</sup>, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi si possent, comprehenderent: locum, ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello <sup>7)</sup>, quod ei ab rege datum erat muneri: idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet, semper verens, ne usu eveniret, quod accidit <sup>8)</sup>. Huc quum legati Romanorum venissent, ac multitudine domum eius circumdedissent, puer ab janua prospiciens <sup>9)</sup>, Hannibali dixit, plures praeter consuetudinem armatos apparere <sup>10)</sup>: qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret, ac prope sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. Puer quum celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset <sup>11)</sup>, sensit, id non fortuito factum, sed se peti <sup>12)</sup>, neque sibi diutius vitam esse retinendam.

1 Senatui detulit, er hinterbrachte es dem Senate.

2 Patres conscripti, die versammelten Väter, d. i.: die Senatoren.

3 Hannibale vivo, so lange Hannibal am Leben wäre.

4 Inimicissimum suum, ihren größten Feind; ihren Todfeind.

5 Negare, versagen; abschlagen.

6 Illud recusavit, das verbat er sich nur; verweigerte er.

7 Uno loco se tenere, sich immer fort an einem und demselben Orte aufhalten. Castellum, i, Schloß; Burg.

8 Ne usu eveniret (gebräuchlicher veniret), daß ihm das wirklich begeg-

nen möchte, was nun unglücklicher Weise geschah.

9 Puer, ein Bursche; Slave. A janua kam mit puer oder mit prospiciens verbunden werden. Im ersten Falle heißt es puer a janua, qui prospiciebat, der Thormächter, der es sah; im zweyten Falle aber puer, qui a janua prospiciebat, ein Slave, der es von der Thür aus sah.

10 Plures praeter consuetudinem armatos apparere, daß ungewöhnlich viel bewaffnete Leute sich sehen lassen.

11 Ostendere; andeuten, melden.

12 Se peti, daß es ihm gelten sollte; daß man einen Anschlag gegen ihn habe.

Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinorum virtutum, venenum, quod semper secum habere consueverat, sumisit. Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus <sup>13)</sup>, anno acquievit septuagesimo <sup>14)</sup>.

**XIII.** Quibus consulibus interierit, non convenit <sup>1)</sup>. Nam Atticus, Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labbone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit <sup>2)</sup>. At Polybius <sup>3)</sup>, L. Aemilio Paulo, et Cn. Baebio Tamphilo: Sulpicius autem, P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo <sup>4)</sup>. Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus <sup>5)</sup> nonnihil temporis tribuit litteris <sup>6)</sup>. Namque aliquot eius libri sunt Graeco sermone confecti <sup>7)</sup>: in his ad Rhodios <sup>8)</sup> de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis <sup>9)</sup>. Huius bella gesta multi memoriae prodiderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt, simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est <sup>10)</sup>, Silenus, et Sosilus Lacedaemonius. Atque hoc Sosilo Hannibal lit-

13 Perfunctus, statt qui perfunctus erat, der so viele und so mancherley Kämpfe und Arbeiten bestanden hatte.

14 Acquiescere, so viel als mori, zur Ruhe eingehen.

XIII. [Hannibals Todesjahr. Seine Liebe zur Griechischen Literatur. Seine Geschichtschreiber.]

1 Non convenit, man ist nicht einig; kommt nicht überein.

2 Annalis, is, ein Jahrbuch.

3 [Polybius, aus Megalopolis in Arcadien gebürtig, schrieb zu Rom, wohin er als Geißel kam, in Griechischer Sprache die Geschichte seiner Zeit, vom Anfang des Punischen Krieges bis zur Befiegung des Königs Perseus von Macedonien, welcher Zeitraum 53 Jahre umfaßt.]

4 [Von diesen drey Zeitangaben ist die erste (von Atticus) das Jahr 571; die zweyte (von Polybius) das Jahr 572, und die dritte (von Sul-

pitius) das Jahr 573 von Roms Erbauung.]

5 Tantis bellis districtus, der in solche große Kriege verwickelt; mit solchen Kriegen beschäftigt war (distingere, inxi, ictum, auseinander ziehen, ausspannen).

6 Nonnihil temporis tribuere litteris, immer einige Zeit auf die Literatur (Gelehrsamkeit) verwenden.

7 Graeco sermone confecti, in Griechischer Sprache verfaßt.

8 In his ad Rhodios, unter anderen eines an die Rhodier.

9 Cn. Manlius Vulso (war Römischer Consul im Jahre Roms 565, zu Ende des Syrischen Krieges gegen Antiochus den Großen, und besetzte die Galater in Klein-Asien.)

10 So lange es die Umstände (fortuna, ae) zuließen (pati). — Silenus, Gr.: Σιλνός; Sosilus, gr.: Σωσιλος, zwey Geschichtschreiber, deren Werke nicht auf uns gekommen sind.

terarum Graecarum usus est doctore <sup>11</sup>). Sed nunc tempus est huius libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores; quo facilius <sup>12</sup>), collatis utrorumque factis <sup>13</sup>), qui viri praefereendi sint <sup>14</sup>), possit judicari.

## XXIV.

## M. PORCIUS CATO.

I. Cato <sup>1</sup>), ortus municipio Tusculo <sup>2</sup>), adolescentulus, priusquam honoribus operam daret <sup>3</sup>), versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat <sup>4</sup>).

11 Aliquo doctore uti, Einen zum Lehrer haben.

12 Quo facilius possit judicari, um desto leichter beurtheilen zu können.

13 Durch Vergleichung ihrer Thaten (facta conferre).

14 Welche Männer den Vorzug verdienen (praeferre).

Anmerkung. Alle hierher gehörigen Nachrichten, vollständig gesammelt, findet man in Hannibals Lebensbeschreibung von W. v. Bernerwig. (2 Bände mit Kupfern).

## XXIV.

Hier geht Cornelius Nepos zu den Lebensbeschreibungen von berühmten alten Römern über. Das Leben des Cato, welches der Gegenstand der nächstfolgenden Biographie, fällt in die Zeiten des zweyten Punischen Krieges, denn er war ein Zeitgenosse und Gegner des berühmten Scipio, welcher den Hannibal bey Zama besiegte und den Beynahmen Africanus erhielt.

I. [Cato's Jugend und erste Staatsdienste.]

1 Cato, mit dem Beynahmen *Censor vel Censorius vel Censorinus*, wegen seiner Strenge im Amte der Censoren, und Major *vel Priscus* (der Ältere), um ihn von dem späteren Cato *Uticensis* zu unterscheiden. Der Zunahme Cato wird von Catus *seu cantus* (flug) abgeleitet.]

2 Aus der Municipal-Stadt *Tusculum* gebürtig. [*Tusculum*, jetzt *Frascati*, vierthalb Meilen von Rom, in einer reizenden Gegend, wo die Römer viele Landhäuser (villas) hatten; unter andern schrieb hier Cicero seine philosophischen Abhandlungen, *Tusculanae quaestiones* betitelt. *Municipium* war eine Stadt, die das Römische Bürgerrecht genoß, und dabey ihre eigenen Gesetze, Gewohnheiten und Obrigkeiten hatte.]

3 *Honoribus operam dare*, sich um Ehrenstellen oder Staatsämter bewerben.

4 *Heredium*, li, ein Erbgut; eine ererbte Bestzung. In *Sabinis*.

Hortatu L. Valerii Flacci <sup>5</sup>), quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perperna Censorius <sup>6</sup>) narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque esse coepit <sup>7</sup>).

Primum stipendium meruit annorum decem septemque <sup>8</sup>), Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis <sup>9</sup>), magnique ejus opera existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal frater Hannibalis <sup>10</sup>).

Quaestor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli <sup>11</sup>): cum quo non pro sortis necessitudine vixit <sup>12</sup>). Namque ab eo perpetua dissensit vita <sup>13</sup>).

Aedilis plebis factus est cum C. Helvio <sup>14</sup>).

Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quaestor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poetam deduxerat <sup>15</sup>): quod non minoris existi-

5 Hortatu, auf Zureden; hortatus (us), von hortari, atus sum.

6 Censorius, ein gewesener Censor.

7 In foro esse, das Forum besuchen, d. i.: den öffentlichen Geschäften, die auf dem Forum verhandelt wurden, beywohnen.]

8 Primum stipendium merere, seine ersten Kriegsdienste thun; seine militärische Laufbahn beginnen.

9 Castra sequi, den Feldzug mitmachen.

10 Siehe Eutrop. Lib. III. Cap. XVIII.

11 *Alicui obtingere*, eigentlich: Einem durch's Loos zufallen; Einem zugetheilt werden. *Quaestor*, is, als Quästor.

12 Mit dem er aber nicht ihrer engen Amtsverbindung gemäß lebte; mit dem er nicht in so gutem Einvernehmen lebte, als es ihre so enge verbundenen Aemter erforderten. (*Sors*, tis, das Loos; auch Amt, weil die Römischen Obrigkeiten um die Provinz, wo sie ihre Anstellung

haben sollten, loseten (sortiebantur) provincias; siehe Eutrop. Lib. III. Cap. X. [Nach Cicero's Meinung (*Divinat. in Caecilium Cap. 19*) sollten Proconsul und Quästor wie Vater und Sohn mit einander leben. Aber Cato wollte die Kriegs-Casse geschont wissen, und Scipio schien ihm zu viel Aufwand zu machen.]

